

pateris bibere: summum nefas, nisi amplius  
 5 esset, propter quod biberunt. Actum erat de  
 pulcerrimo imperio, nisi illa conjuratio in Ci-  
 ceronem & Antonium Consules incidisset:  
 quo-

hoc Sallust. Cat. cap. 22. ita, ut  
 propior videatur non credenti.  
 De more hoc sanguine fanciendi  
 fœdera & amicitias, vide omnino  
 Lipsium, in Tacit. 12, 47, 3. ad cu-  
 jus exempla adde Plut. Poplicola,  
 cap. 6. de Brutis, Aquiliis, & Vitel-  
 liis: omnibus visum est, hominis ju-  
 gulari sanguine libato, & visceri-  
 bus tactis, magnum & dirum jus-  
 jurandum concipere. & Saxonem  
 Grammat., Histor. Dan. lib. I pag.  
 11: Spoliatum nutrice Hadingum  
 grandævus forte quidam, altero or-  
 bus oculo, solitarium miseratus, Li-

sero cuidam piratæ, solenni pactio-  
 nis jure conciliat. Siquidem isturi  
 fœdus veteres, vestigia sua mutui  
 sanguinis aspersione perfundere con-  
 sueverant, amicitiarum pignus al-  
 terni cruoris commercio firmaturi.  
 Solin. cap. 25. de Scythis: Haustu  
 mutui sanguinis fœdus sanciunt,  
 non suo tantum more, sed Medorum  
 quoque usitata disciplina.

## SALMASII.

4. Propter quod biberunt] Nihil  
 mutamus. libri quidam, biberetur.  
 non etiam male.



Ciceronem] Cicero, e Magnesium nummo aereo, exhibetur ab Ursino, in Im-  
 gin. placet tamen imprimis ejus apud Rubenium, e marmore petita effigies.

## VARIORUM.

5. Ciceronem] Pro Ciceronis  
 gestis lege quæ scribit Plinius, 7,  
 30. Ob id factum Cicero Pater pa-  
 triæ a Catone Uticensi primum  
 appellatus est. Plin. ibid. Plut. Ci-  
 cer. cap. 31. Juvenal. 8, 244: Lu-  
 car. 7, 62. Camers.

## FREINSHEMII.

5. Antonium] Hic tamen parum  
 ad opprimendum Catilinam con-  
 tulisse legitur. immo pactio-  
 nis vix persuasum a Cicerone,  
 ut cum Rep. sentiret; nec ipsam  
 adeo pugnasse in hostes, sed bel-  
 lum id per Petreium, legatum  
 suum,